

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Augustini in euangelium secundum Iohannem sermones
CXXIII - Cod. Aug. perg. 47**

Augustinus, Aurelius

[Reichenau ?], [14. Jh.]

Sermo LIII

[urn:nbn:de:bsz:31-64194](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64194)

qui credere & diligere coeperant. non ab eis qui cum ramis palmarum & lau-
dibus obviam venerant. sed ab eis qui uidebant & inuidebant. quia nec uide-
bant. sed in lapidem illum caecitate offendebant. Cum autem se abscondit
ih̄s ab eis qui eum occidere cupiebant. quod saepe propter obliuionem com-
monendi estis. nostrae infirmitati consuluit. non suae potestati derogauit.

INCIPIT SERMO LIII. AB EO QUOD SCRIPTUM EST.

**CUM AUTEM TANTA SIGNA FECISSET CORAM EIS NON
CREDEBANT IN EUM. USQUE AD IOD QUOD AIT. DILEXERUNT
ENIM CLORIAM HOMINUM MAGIS QUAM DI.**

Prae nuntiata dñs xp̄s passione sua & morte fructuosa in exaltatione
crucis. ubi dixit se omnia tracturum esse post se. Cum intellexissent
iudaei quod de sua morte dixisset. & proposuissent ei questionem quo
modo diceret se esse morturum. cum ex lege audierint quod xp̄s ma-
nere in aeternum. hortatus est eos ut dum adhuc modicum lumen in eis esset.
quo xp̄m aeternum esse didicissent. ambularent ut totum discerent. ne con-
prehenderentur a tenebris. & cum haec esset loquutus. abscondit se ab eis.
Haec in superioribus dominicis lectionibus. uerbisq. didicistis. Deinde intulit
euangelista unde hodiernum capitulum recitatum est. & ait. Cum autem
tanta signa fecisset coram eis. non credebant in eum. ut sermo esaiiae prophetae
impleretur quem dixit. Dñe quis credidit auditui nostro. & brachium dñi cui
reuelatum est. Ubi satis ostendit brachium dñi ipsum filium di nuncupatum.
non quod di pater figura determinetur carnis humanae. brachium dñi filius.
quod omnia per ipsum facta sunt. ei q. filius tamquam membrum corporis
heret. sed quia omnia per ipsum facta sunt. ideo brachium dñi dictus est.
sicut enim tuum brachium per quod operaris. sic di brachium dictum est eius uer-
bum. quia per uerbum operatus est mundum. Cur enim homo brachium
ut aliquid operetur extendit. nisi quia continuo fit quod dixerit. si autem
tanta potestate praeualeret ut sine ullo motu corporis sui quod diceret fieret.
brachium eius uerbum eius esset. quia uerbum non est cogitabile. uel sona-
bile. sed dñs ih̄s di patris unigenitus filius. sicut non est paterni corporis mem-
brum. ita non est cogitabile uel sonabile. ac transitorium uerbum. quia cū
omnia per ipsum facta sunt. di uerbum erat. Cum ergo audimus brachiū di
patris esse dñm filium. non nobis obstrepat consuetudo carnalis. sed quantum
illo donante possumus. di uirtutem & sapientiam cogitemus per quem facta sunt
omnia. Tale quippe brachium nec porrectum extenditur. nec collectum con-
trahitur. non est enim ipse qui pater. sed unum sunt ipse & pater. & aequalis
patri ubiq. totus est sicut pater. Ne aliqua pateat occasio dicitur stabili errori

eorum quid dicunt solum esse patrem. sed pro diuersitate causarum ipsū
 dici filium. ipsum dici spm scm. & in his uerbis audeant dicere. ecce uidetis
 quia solus est pater si brachium eius est filius. non enim duo sed una perso
 na est homo & brachium eius. non intelligentes neq. aduertentes quomodo
 uerba de rebus aliis ad res alias transferantur propter aliquam similitudi
 nem. & iam in loquutionibus cotidianis de uisibilibus & notissimis rebus quan
 to magis ut nobis ineffabilia qualiter cumq. dicantur. quae dici sicuti sunt
 omnino non possunt. Nam & homo alterum hominem per quem solus agere
 quid quid agit. brachium suum appellat. & si ei auferatur. dolens dicit.
 brachium perdidit. & ei qui abstulerit dicit. brachium meum mihi abstu
 listi. Intellegant ergo quomodo dictus sit filius brachium patris. per quod
 pater operatus est omnia. Ne hoc non intelligendo & in sui erroris tene
 bris permanendo. similes sint ipsis iudaeis de quibus dictum est. & bra
 chium dñi cui reuelatum est. hic occurrit alia quaestio. de qua quidem
 ut competenter aliquid disputetur. & omnes eius latebrosissimi sinus per
 scrutentur & excutiantur ut dignum est. nec me arum uirum esse ar
 bitror. nec angustiarum temporis nec uestrae capacitatis; tamen quia
 transire ad alia uestra expectatione non sinimur nisi aliquid inde dica
 mus. accipite quod potuerimus. & ubi uestrae expectationi non sufficere
 mus. ab illo incrementum poscite qui nos plantare posuit & rigare. quia
 sicut dicit apostolus. neq. qui plantat est aliquid neq. qui rigat. sed qui in
 crementum dat dñs. Quidam ergo inter se mutantur & ubi possunt aliquan
 do proclamant & turbulenta disceptatione contendunt dicentes; quid
 fecerunt iudaei uel quae culpa eorum fuit. sine necesse erat ut sermo esaiæ
 prophætae impleatur quem dixit. Dñe quis credidit auditui nostro. &
 brachium dñi cui reuelatum est. quibus respondemus dñm praescium fu
 turorum per prophætam praedixisse infidelitatem iudaeorum. praedixis
 se tamen non fecisse; non enim propterea quemquam dñs ad peccandum
 cogit. qui futura hominum peccata iam nouit; ipsorum enim praesciuit
 peccata. non sua. non cuiusquam alterius. sed ipsorum; quia propter si ea quae
 ille praesciuit ipsorum non sunt ipsorum. non uere ille praesciuit; sed quia
 illius praescientia falli non potest. sine dubio non alius sed ipsi peccant quos
 dñs peccaturos esse praesciuit; fecerunt ergo peccatum iudaei quod eos
 facere non compulit cui peccatum non placet. sed facturos esse praedixit
 quem nihil latet; & ideo si non malum. sed bonum facere uoluissent. non
 prohiberentur & hoc facturi praeuiderentur ab eo qui nouit quid sit quis
 q. facturus. & quid ei sit pro eius opere redditurus; sed & quae sequuntur.

euangelii uerba plus arguent & profundiorum faciunt quaestionem; ad
 iungit enim & dicit. Propterea non poterant credere. quia iterum dicit
 esaias; excecavit oculos eorum & induravit eorum cor. ut non uideant
 oculis & intelligant corde & conuertantur. & sanem illos; Dicitur enim no
 bis; si non potuerunt credere. quod peccatum est hominis non facientis quod
 non potest facere. Si autem non credendo peccauerunt. potuerunt ergo
 credere & non fecerunt. Si ergo potuerunt. quomodo dicit euangelium.
 propterea non poterant credere. quia iterum dixit esaias. excecavit oculos
 eorum & induravit eorum cor. ut quod est grauius. ad dñm referatur causa
 qua non crediderunt. quando quidem ipse excecavit oculos eorum & indu
 ravit eorum cor. Non enim hoc saltim de diabolo dicitur. sed de dō. quod
 ipsa prophētica scriptura testatur. Nam si arbitremur hoc dictum de dia
 bolo. quod excecavit oculos eorum & cor induravit; Laborandum est
 quomodo illorum culpam quia non crediderunt. possumus ostendere de
 quibus dicitur. non poterant credere. Deinde quid respondebimus de alio
 prophētae ipsius testimonio quod posuit apostolus paulus dicens. Quod que
 rebat israhel hoc non est consequutus. electio autem consequuta est. ceteri
 uero excecati sunt sicut scriptum est. Dedit illis dñs spiritum conpunctio
 nis. oculos ut non uideant & aures ut non audiant usq. in hodiernum diem.
 Audistis fr̄s propositam quaestionem. nempe quam profunda sit cerni
 tis. sed respondemus ut possumus. Non poterant credere. quia hoc esaias
 prophēta praedixit; hoc autem prophēta praedixit. quia dñs hoc futurum
 esse praesciuit; quare autem non poterant si a me quaeratur. cito respon
 deo. quia nolebant; malam quippe eorum uoluntatem praeuidit dñs. & p
 prophētam praenuntiauit ille cui abscondi futura non possunt. Sed aliam
 causam inquit dicit prophēta. non uoluntatis eorum; quam causam dicit
 prophēta. quia dedit illis dñs sp̄m conpunctionis. oculos ut non uide
 ant & aures ut non audiant & excecavit oculos eorum & induravit eoru
 cor; & iam hoc eorum uoluntatem meruisse respondeo; sic enim exce
 cati sic obdurat dñs deserendo & non adiuuando. quod occulto iudicio fa
 cere potest. iniquo non potest; hoc omnino pietas religiosorum inconcussū
 debet. inuolatumq. seruare. sicut apostolus cum eandem ipsam tractat &
 difficillimam quaestionem. Quid ergo dicemus inquit. Numquid iniqui
 tas apud dñm. absit. Si ergo absit. ut sit iniquitas apud dñm. siue quando ad
 iuuat. misericorditer facit. siue quando non adiuuat. iuste facit; quia om
 nia non temeritate sed iudicio facit; porro si iudicia scōrum iusta sunt.
 quanto magis sc̄ificantis & iustificantis dñi. iusta ergo sunt; sed occulta.

Ideo cum quaestiones huius modi in medium uenerint. quare alius sic.
 alius autem sic. quare ille dō deserente excecatur. ille dō adiuuante inlu-
 minetur. Non nobis iudicium de iudicio tanti iudicis usurpemus. sed contem-
 ptescentes exclamemus cum apostolo. O altitudo diuitiarum sapientiae
 & scientiae dī. quam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiae eius.
 unde dictum est in psalmo. iudicia tua sicut multa abyssi. Non ergo me-
 fir ad hanc penetrandam altitudinem. ad hanc abyssum discutiendam ad
 inscrutabilia perscrutanda expectatio uestrae caritatis inpingat. agnosco
 modulum meum. sentate mihi uideor & iam modulum uestrum. Altius est hoc
 incrementis meis & fortius uiribus meis. puto quia & uestris. Simul ergo au-
 diamus admonentem scripturam atq. dicentem. Altiorate ne quiesieris.
 & fortiorate ne scrutatus fueris. non quia ista negata sunt nobis. cum dī
 magister dicat. Nihil est occultum quod non reuelabitur. sed si in quod per-
 uenimus. in eo ambulemus sicut dicit apostolus. Non solum quod nescimus.
 & scire debemus. sed & iam si quid aliter sapimus. id quoq. nobis dī reuelauit.
 Per uenimus autem in uiam fidei. hanc perseuerantissime teneamus. ipsa
 perducet ad cubiculum regis. in quo sunt omnes thesauri sapientiae & scien-
 tiae absconditi. Non enim dñs ipse ih̄s xp̄s suis illis magnis & praecipue elec-
 tis discipulis inuidebat quando dicebat. multa habeo uobis dicere. sed non po-
 testis illa portare modo. ambulandum est. proficiendum est. crescendo
 est. ut sint corda nostra capacia earum rerum quas capere modo non possu-
 mus. quod si nos ultimus dies proficientes inuenerit. ibi discemus quod hic
 non potuimus. Siquis autem istam quaestionem liquidius & melius nouit se
 posse & confidit exponere. absit ut non sim paratior discere quam docere.
 tantum ne audeat quisquam liberum arbitrium sic defendere. ut nobis orati-
 onem qua dicimus. ne nos inferas in temptationem. condeat auferre. rursū
 ne quisquam negat uoluntatis arbitrium & audeat excusare peccatum. Sed
 audiamus dñm & praecipientem & opitulantem & iubentem quid facere
 debeamus & adiuuantem ut implete possimus. Nam & quosdam nimia suae
 uoluntatis fiducia extulit in superbiam. & quosdam nimia suae uoluntatis dis-
 fidentia deiecit in negligentiam. Illi dicunt. quid rogamus dñm ne uinea-
 mur temptatione. quod in nostra est potestate. Isti dicunt. ut quid cona-
 mur bene uiuere. quod in dī est potestate. O dñe. o pater qui es in caelis. ne
 nos inferas inquam libet istarum temptationum. sed libera nos a malo.
 Audiamus dñm dicentem. rogauit pro te p̄re ne deficiat fides tua. ne sic
 existimemus fidem nostram esse in libero arbitrio. ut diuino non egeat ad-
 iutorio. Audiamus & euangelistam dicentem. Dedit eis potestatem filios dī.

fieri. Ne omnino existimemus in nostra potestate non esse quod credi-
 mus; uerum tamen in utroq; illius beneficia cognoscamus. nam & agenda
 sunt gratiae quia data est potestas. & orandum ne subcumbat infirmitas;
 ipsa est fides quae per dilectionem operatur. sicut eius mensuram dñs cuiq;
 paratus est. ut qui gloriatur. non in se ipso sed in dño gloriatur; non itaq; mi-
 rum est. quia non poterant credere quorum uoluntas sic superba erat. ut
 ignorantes di iustitiam suam uellent constituere. sicut de illis dicit apostolus.
 iustitiae di non sunt subiecta; quia enim non ex fide. sed tamquam ex operibus
 timuerunt. ipso suo timore caecati offenderunt in lapidem offensionis; sic
 autem dictum est non poterant. ubi intelligendum est quod nolebant. quem
 admodum dictum est de dño dō nostro. Si non credimus. ille fidelis permanet.
 negare se ipsum non potest. de omnipotente dictum est non potest. sicut
 ergo quod dñs negare se ipsum non potest. Laus est uoluntatis diuinae. ita
 quod illi non poterant credere. culpa est uoluntatis humanae. ecce dico &
 ego quod tam superbe sapiunt. ut suae uoluntatis uiribus tantum existimet
 esse tribuendum. ut negent sibi esse necessarium diuinum adiutorium ad
 bene uiuendum. Non possunt credere in xpm; non enim aliquid profunt sil-
 labae nominis xpi & sacramenta xpi. ubi resistitur fidei xpi; fides autem xpi
 est. credere in eum qui iustificat impium. credere in mediatorem. sine quo
 interposito non reconciliamur dō. Credere in saluatorem qui uenit quod
 perierat quaerere atq; saluare. Credere in eum qui dixit. sine me nihil
 potestis facere. Qui ergo ignorans di iustitiam qua iustificatur impius.
 suam uult constituere qua conuincitur superbus. in hunc non potest cre-
 dere; hinc & illi non poterant credere. non quia mutari homines in melius nō
 possunt. sed quam diu talia sapiunt. non possunt credere; hinc excecantur &
 indurantur. quia negando diuinum adiutorium non adiuuantur. hoc de
 iudaeis qui excecati & indurati sunt dñs praesciuit atq; in eius spū propheta pre-
 dixit. Quod uero addidit. & conuertantur & sanem eos. utrum sub audien-
 dum sit. non ad est non conuertantur. cōnexa de super sententia ubi dictū
 est. ut non uideant oculis & intelligant corde. quia & hic utiq; dictum est.
 ut non intelligant. & ipsa enim conuersio de illius gratia est cui dicitur.
 Dñs uirtutum conuer te nos. An forte & hoc de supernae medicinae miseri-
 cordia factum intelligendum est. ut qm̄ per uersae & superbae uolunta-
 tiserant & suam iustitiam constituere uolebant. ad hoc desererentur ut ex-
 cecarentur. ad hoc excecarentur ut offenderent in lapidem offensionis.
 & impleretur facies eorum ignominia. atq; ita humiliati quaererent nom̄
 dñi. & non suam qua inflatur superbus. sed iustitiam di qua iustificatur

impius; hoc enim multis eorum proficit in bonum. qui de suo scelere con-
 puncti in xpm postea crediderunt. pro quibus & ipse orauerat dicens: -
 pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt, De qua eorum ignorantia
 & apostolus dicit. Testimonium illis perhibeo quia zelum di habent. sed
 non secundum scientiam; Tunc enim & hoc subiunxit. atq. ait; Ignoran-
 tes enim di iustitiam & suam uolentes constituere. iustitiae di non sunt sub-
 iecti; haec dixit isaias quando uidit gloriam eius & loquutus est de eo; quod
 uiderit isaias & hoc quomodo ad dnm xpm pertineat. in libro eius legen-
 dum & intelligendum est. uidit enim non sicuti est. sed modo quodam
 significato. sicut prophetae uisio fuerat informanda. nam uidit & moyses.
 & tamen ei quem uidebat dicebat; si inueni gratiam ante te. ostende mihi
 tem & ipsum manifeste ut uideam te. quia non uidebat sicuti est; quando
 autem hoc nobis futurum sit. idem iste scs iohannes euangelista in episto-
 la sua dicit. Dilectissimi filii di sumus. & nondum apparuit quid erimus.
 scimus quia cum apparuerit. similes ei erimus. qnm uidebimus eum sicuti
 est; poterat dicere. qnm uidebimus eum. & non addebat sicuti est. sed
 quia sciebat a quibusdam patribus & prophetis uisum. sed non sicuti est; -
 ideo cum dixisset. uidebimus eum: addidit. sicuti est; Nemo enim uos
 fallat frs eorum qui dicunt inuisibilem patrem. & uisibilem filium;
 hi enim hoc adserunt. qui putant eum esse creaturam. nec intelligunt
 secundum quid dictum sit. ego & pater unum sumus; prorsus informa-
 di in qua aequalis est patri. & iam filius inuisibilis est; ut autem ab homini-
 bus uideretur. formam serui accepit & in similitudine hominum factus
 uisibilis factus est; Ostendit ergo se & iam antequam suscipere & carne
 oculis hominum sicut uoluit in subiecta sibi creatura. non sicuti est; Mun-
 demus corda per fidem. ut illi ineffabili & ut ita dicam inuisibili uisioni
 praeparemur; beati enim mundo corde. quia ipsi dnm uidebunt; Verum
 tamen & ex principibus multi crediderunt in eum. sed propter phariseos
 non confitebantur. ut de synagoga non eicerentur; Dilexerunt enim
 gloriam hominum. magis quam gloriam di; Uidit & quem admodum
 notauerit euangelista & improbauit quosdam. quos tamen in eum
 credidisse dixit. qui hoc ingressu fidei si proficerent. amorem quoq. huma-
 nae gloriae proficiendo superarent. quem superauerat apostolus dicens;
 mihi autem absit gloriari nisi in cruce dñi nostri ihu xpi. per quem mihi
 mundus crucifixus est & ego mundo. Ad hoc enim & ipse dñs crucem sua
 ubi eum dementia superbe impietatis inrisit. in eorum qui in illu credere st-
 frontibus fixa. ubi est quodammodo sedes uerecundiae. ut de nomine

eius fides non erubescat. & magis dī gloriam quam hominum diligat.
**INCIPIT OMELIA LIII AB EO QUOD AIIT IHS QUI CREDIT
 IN ME NON CREDIT IN ME SED IN EUM QUI MISIT ME
 USQ. AD ID QUOD AIIT. SED QUI MISIT ME PATER IPSE MIHI
 MANDATUM DEDIT QUID DICAM ET QUID LOQUAR.**

Loquente dño nostro ihu xpo apud iudaeos & tanta miraculorum
 signa faciente. quidam crediderunt praedistinati in uitam aeterna.
 quos & iam uocauit oues suas. quidam uero non crediderunt nec po-
 terant credere. eo quod occulto. nec tamen iniusto iudicio dī fuerant ex-
 cepti & indurati. deserente illo qui superbis resistit. humilibus autem dat
 gratiam; eorum autem qui crediderunt. alii usq. ad eo confitebantur.
 ut palmarum ramis acceptis uenienti occurrerent in eadem laudis con-
 fessione laetantes. Alii uero ex principibus non auderent confiteri. ut
 de synagoga non eicerentur. quos notauit euangelista dicens. quod dile-
 xerunt gloriam hominum magis quam gloriam dī. eorum & iam qui non
 crediderunt. alii erant postea credituri. quos prae uidebat ubi ait. Cum
 exaltaueris filium hominis. tunc cognoscentis quia ego sum. Alii uero in
 eadem infidelitate mansuri. quorum imitatrix est & iam gens ista iudae-
 orum. quae post modum debellata ad testimonium prophetae quae de
 xpo scripta est. in toto pene orbe dispersa est. his ita se habentibus & sua
 iam propinquante passione. ihs clamauit & dixit. unde lectio coepit ho-
 dierna. Qui credit in me. non credit in me. sed in eum qui misit me.
 & qui uidet me. uidet eum qui misit me. Jam dixerat quodam loco. mea
 doctrina non est mea. sed eius qui me misit. Ubi intelleximus eum doctri-
 nam suam dixisse uerbum patris quod est ipse. & hoc significasse dicen-
 do. mea doctrina non est mea sed eius qui me misit. quod a se ipso ipse
 non esset. sed haberet a quo esset; dī enim de dō filius patris. pater autē
 non dī de dō. sed dī pater filii. Nunc autem quod ait. Qui credit in me
 non credit in me. sed in eum qui misit me. Quomodo intellecturi sum
 nisi quia homo apparebat hominibus cum lateret dī; & ne putarent
 hoc eum esse tantummodo quod uidebant. talem actantum se uolens
 credi qualis & quantus est pater. Qui credit in me inquit. non credit
 in me. id est in hoc quod uidet. sed in eum qui misit me. id est in patrem.
 Sed qui credit in patrem. necesse est eum credit esse patrem. qui au-
 tem credit eum patrem. necesse est ut credat eum habere filium. ac
 per hoc qui credit in patrem. necesse est ut credat in filium. Sed ne